

Xa
34-15



17



Ad folennia Genethliaca

invitamini,

HOSPITES. CIVES. CLIENTES. SVBDITI

Quotquot AQVILIS

Quotquot SERENISSIMO, PRINCIPI. AC DOMINO

DOMINO

MAVRITIO GVILIELMO

digniffimæ Divorum Saxonum Propagini

favetis, fubjacetis

Lætamini nobiscum

et XI^{mm} KALENDAR. APRILIS

quem femel & quadragesies festiviffimum habuimus

hilariffimis votis, precibus, plaufibus

excipite

Faufiffimum ominamur

Cum tot variegatæ AQVILAE

â dextra, expansis alis, perftrepant

ac talia Aufpicia

non poffint non effe aufpiciatiffima



I I.

Vrbs Orbi decantatissima ROMA
ante annos nunc XXI
et præfenti hac luce
et præfentiâ Principis noſtri ILLVSTRISSIMI illuſtrabatur
quin et Subterranea corruſcabat
mirantibus cunctis
quod monumento Liberi Patris
viſo ac neglecto
ipſa SERENITAS in Conditoria, ſeu Martyrum
ſeu tot Martyriorum teſtium
liberè ſe conderet
diemque, non niſi CHRISTO in tumulto viſo
abſolveret
Habebant tunc ROMANI
extra Portam Piam * colentes
quod demirarentur
et pietatem PRINCIPIS
et tanti Hoſpitis munificentiam

(†)

* Hec Porta etiam Viminia dicitur.

(†) Ut tenor hujus Epigraphæ eò melius intelligatur, addamus paſſum quendam ex Itinerario Italico Sereniſſimi PRINCIPIS noſtri, qui jam ante XXI annos cum Familia ſua antica ROMÆ degebat. Verba Diarii ad hunc diem tunc $\frac{12}{22}$ Martii ita ſonant: Incidebat in huic Diem Sereniſſimi Principis noſtri NATALIS, quem quiſque vel votivis applauſibus, quantum licebat, vel tamen tacitis precibus humiliter excipiebat. Prandio intererat Ilvri Comes NN, nec ſine lætitiâ lætiſſimi pars diei tranſigebatur, dum nec buccinatorum concentus, nec tympanorum ſtrepitus deerant. Sed cum meridiæ feſtivitytas deſererat. Ad portam Viminiam, quam PIAM vocant, magis pius Princeps feſtimabat, per quam itum eſt ad Templum Sæ CONſTANTIÆ, miræ omnino & antiquiſſimæ ſtructure. Bæcho olim ſacratum erat, & ſi Altaria, Beatorum Imagines, & cultum excipias, in Fano quodam novo Te eſſe facile credidiſſes. Formâ circulari erat, quatuor januis patens, que tot anni ætates; duodecim fornicibus ac tot feneftris, in eodem in circulum, ſuperbiens, que tot menſes; Viginti hiſ quatuor columnâ innitebantur, que horas integri diei denotabant. Inter cætera, quam maximè conſpicuum erat, ſeu Vas, ſeu Monumentum, nondum adhuc ſuntum, quod BACHI Mauſoleum, vel Conditorium vocant, ſupende magnitudinis. Porphyrites hic Lapis dicitur, què ex Egypto tranſferitur, rubens, candidis intervenientibus punctis. Mirificè exſculptus erat, eminentibus hinc inde figuris, v. g. alatis infantibus, quos tot Cupidines dixeris, racemis, uvæ, alitibus, quadrapedibus, aliisque. Operculum hanc minus artiſticiſſimum erat, caput & vultus Bachi ab omni latere oſtendens, ſed quadriforme. Scilicet jam puerili ætate, jam juvenili eſſicilum. Porro, barbata ſpecie, ſenilis quoque, & multum rugatâ. Ad Veterum Chriſtianorum Hypogæa deinde deſcenſum eſt, præluceſcentibus ſacibus, qualem quiſque introiens ferebat, aut ferri curabat. ROMAM SUBTERRANEAM

III.

Palatium † in Aquilis Saxonice defudasse
 AQVILAS in Palatiis Saxonice conspicuas esse
 PALATINA TVVM Saxo-Thuringicorum ΔΕΙΓΜΑΤΑ
 in Gentilitiis SAXONVM insignibus

loquuntur ††

Istarum Ditionum tanta est antiquitas
 ut nesciatur hodie, num eadem una fuerit

ut vix nomen superfit

ut fines definiri haut possint

ut Titulus tandem, jam ante CCC annos, obierit

solâ illustrissimæ Genti

duarum auro flavescientium AQVILARVM

gloriâ relicta

quas adhuc volare, non avolare, deprehendimus

infallibili documento

Famam illorum

Quos AQVILÆ insigniunt, fovent, amant, cooptant, condecorant
 immortalē fore ac æternam

*communiter vocant, ubi pia Antiquitas, & sub Ethnicorum Imp. persecutionibus, pressa Christiano-
 rum cohors, quasi in speluncis defossa, & subterraneis fornicibus latuit, ut sacris tuto fingeretur, quàm
 ut corpora demortuorum fratrum, ac cum maxime Martyrum, terre mandarent, aut in cavernulas, in pa-
 riete confertim ac aliam super aliam excavatas, linteis haud dubiè involuta, sine sarcophagis conderent. In-
 numera ab omni latere istiusmodi cavernule cernebantur, in quas, veluti in archas tradebantur cadavera, addi-
 tis interdum Epigraphis, quæ jam aut vetustate omnino excæ, aut fractæ ac mutilatæ sparsim dissectæ erant. Non
 decrant quoque intra ambitus laxiores quedam ac quasi concameratæ speluncæ, quæ haut dubiè concioni ad
 peragenda sacra destinatæ ac quasi Sacellæ erant. His perustratis antris in adiacens Monasterium ibatur, S.
 Agnetis tumulus, & sub Altari quodam sepulchrum Christi, supinaque hujus Statua, à sculptore omni-
 um excellentissimo, Michaële Angelo Buonarota efficta, non sine admiratione ac pia recordatione viscebatur.
 Tandem dispensatis hinc inde Eleemosynis ad Palatium a la Piazza Fontana di Trevi, dignissimum tanti
 Principis hospitium revertebatur.*

† Job. Palatius Venetus Vitas Imp. Germ. scripsit, quas sub Aquilarum titulus edidit, p. g. Aquila Austriaca, Aquila
 Saxonica &c.

†† In insignibus Saxonice due Aquilæ conspiciuntur, quæ Palatinatum Saxonie ac Thuringiæ Symbola sunt. De
 quibus vid. Wappent. it. Spen. Herald.

I V.

Ab A Q V I L I S S A X O N I C I S
ad Augustissimam IMPERII A Q V I L A M, ascendimus

amica hæc Jovis est

D V P L O S O L E † opus habet

omnes oculos in suum Solem defixura

scilicet biceps est, & quatuor pollet

ut tanto pluribus oculis ferat Imperii Proceres

Cœlo ac Jovi ipsi proxima est

hinc inclinatis cervicibus supernè potius despicit ††

non, ut despiciat Subditos

sed ut oculitus amet

paternoq; affectu intueatur ac tueatur

Alas expandit, ur colligat

Sceptrum, pro trifulco fulmine, gerit

nepereant, quos deperit

I M P E R A T O R omnium indulgentissimus

Tanta hæc Majestas, quanti habeat

S E R E N I S S I M V M N O S T R V M

vel ex hoc argumentare

quod inter Cognatos I L L V S T R E S

I L L V S T R E M ipsa augustissima manu inscripserit †††

† LEOPOLDUS per Anagramm.

†† que aliàs oculos suos aperte in solem altius defigere solet.

††† Epigraphe literarum Cesarear. ad Serenissimum nostrum talis est: Dem Durchlauchtigem ꝛc. Unserm lieben Oheim und Fürsten ꝛc.

V.

POLONIA

ALBA superbit AQVILA
modo ipsa candida esset

nec Civium cruore infeliciter ruberet

modo Filii à FILIO albæ Gallinæ

in Patriæ perniciem, non dissentirent

nec ad alas alias, quam Aquilæ suæ, se reciperent

ò quam longe feliciores volitant Aquilæ tuæ

et coronata, & coronatæ Sociat

PATRIA SAXONIA

scilicet, dum misera vicinia ferro ferè succumbit

auro contra fulgent Alites tuæ ††

Aras ergo pone, Corda immola

Saxonis Heroibus nostris

Regio, suæ Familiæ, Capiti

Majestate præfulgentissimo

nec minus PRINCIPI nostro

præter alias virtutes heroicas

clementissimo

V. V. V

† nam altera in insignibus Saxon. coronata est Aquila, altera non coronata.

†† aurea Aquila ille in insignibus, conspiciuntur.

VI.

AQVILA. COCCINEA

Potestate maximâ insignium BRENNORUM insigne est

Isthæc

quàm arctè cum Sanguine Saxonico
sæpius coierit

tam tot divorum Connubia Majorum
quam Torus ipfius SERENISSIMI nostri
eunt testatum

Certum hoc est, Principis integritatem
vix ROMA vincere potuisset

quæ tamen inverfa † vicit

AMOR

imò & nodo inenodabili simul vinxerunt

ARMA. AMABILIA

in MARIA. AMALIA. B ††

i. e. Brandenburgica, vel Borussia

Dixeris : Regiam hanc Domum

Regiam Coronam prius adsumere noluisse

quàm Decus ac Delicium Saxonie

MAURITIUM nostrum GVILIELMUM

PRINCIPE sua Βασιλειῃ ††† coronâisset

† Scil. per anagramma

†† Iterum anagramma

††† Carol. Patin. in Achate ingenti, in Carthesum exciso, quò superbie thesaurus Imperatoris, inscriptum illud, Β. Βασιλειῃς interpretatus est.

VII.

Sed en novum

Regii amoris ac æstimmii Documentum
AQVILAM. NIGRO. BORVSSICAM

quâ ornatum ac fulgentem cernimus

PRINCIPEM Optimum

augustissimæ Coronationis ex hoc participem

quod splendidissimus hic ORDO

in ipso Regni Boruffici NATALI, natus sit
et simul tot Illustrissimi Heroës ac Equites
tam Majestaticæ Pompæ, immortales testes

et nati sint

et annuâ quâque memoria nascantur

Nil unquam justius

PRINCIPEM nostrum justissimum
in ipso Noctis & Lucis libramento natum †
et hinc SVVM. CVIQVE †† tribuentem

de cuius

Quam Regia hæc Ales

cum isthac Epigraphe

maximique REGIS Monogrammate †††

pectori inscripto

† Nam Dies Natalis Serenissimi nostri in Solstitium Vernalis incidit.

†† SVVM illud CVIQVE & potentiss. Regis Symbolum est, & novi Ordinis,

††† Monogramma illud, quod Aquila pectori inscriptum cernitur, tale fere est



Ha 3415 M

VIII

Nunc ad Vota devota

Renascere quoties NATALEM repetis

PRINCEPS SERENISSIME

Tot Cæsareo-Regiis propriisque AQVILIS inclute

Juvenesce ut AQVILA †

AQVILAR VM alis ferat Te DEVS ††

Qvem expectans

novas vires accepturus es

alisque adfcensurus ut AQVILA †††

Tandem

ferò è rogo AQVILA solvatur ††††

ferò evolet

nec nisi post seculum

ad sempiterna Secula abeas

super AQVILÆ fidus

inter Astra

æternum regnaturus

† Psalms CIII. 5.

†† Exod. XIX. 4.

††† Esa. XL. 31.

†††† Teste Herodor. l. 4. in Exequiis Imp. simul ac Veteres ignem rogo subjicerent, Aquila soluta aethere petebat &c.

CIZÆ f. T. G. C. & C. Typis excipit.

Melchior Hucho, clō lo ccv.

41



Pon Xa 34-15,7k

ULB Halle 3
003 700 704



f






d. 17, 38

cat

Xa
3415



Ad folennia Genethliaca
 invitamini,
 HOSPITES. CIVES. CLIENTES. SVBDITI
 Quotquot AQVILIS
 Quotquot SERENISSIMO, PR INCIPL. AC DOMINO
 DOMINO
MAVRITIO
GVILIELMO

digniffimæ Divorum Saxonum Propagini
 favetis, subjacetis
 Lætamini nobiscum

et XI^{num} KALENDAR. APRILIS

quem femel & quadragesies festivissimum habuimus
 hilarissimis votis, precibus, plausibus
 excipite

Faustissimum ominamur

Cum tot variegatæ AQVILAE

â dextra, expansis alis, perstrepant
 ac talia Auspicia

non possint non esse auspiciatissima

63

BIBLIOTHECA
 PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
 HALLE
 (SAALE)